

tificum effectus in ipsi recutibus pro tollenda violentia, dum ad id moueantur falso supposito, quod recursus hic sint contra ius diuinum, & libertatem Ecclesiasticam, quod si deficit, iam agnoscent tollerantiam Pontificum suos omnes iuris effectus operaturam, vt sup. n. 14. annotauimus.

CAPVT III.

Bullarum executio quibus ex causis violenta dicatur, vt earum retentio (iuxta Bullam Cœnæ) licita iudicetur.

SVMMARIVM.

In Bullarum retentione nihil fit, quod detrahatur Pontifici auctoritati, eiusve purissimas aures offendat, num. 1.
 Rex Catholicus omni reuerentia, & conatu pro ipsius summa Religione decreta Pontificia colit, & exequi conatur, num. 2.
 Papa non concederet Reipublicæ spirituali, & temporali damnosa rescripta, si illud sciret à principio, num. 3.
 Damnum illatum per litteras Pontificales Reipublicæ, non aliter perciperetur à Sede Apostolica, quam per delationem omnibus numeris absolutam factam Papa per Senatum, num. 4.
 Reges suam prestam auxilium, vt exequantur litteras Apostolicas mediocriter tollende, & sub grauisimis penis idem exhortantur, num. 5.
 Litteræ aliquot interim suspenduntur, dum Summus Pontifex instructus de damno publicæ utilitatis aliud censet, num. 6.
 Multa iura Canonica, & Ciuilia grato animo ferunt suspensionem litterarum suggestionibus obtenturam in damnum Reipublicæ, num. 7.
 Pontifex per importunationem nimiam multoties concedit non concedenda, num. 8.
 Importuna petitio non solum Papam, & Principes temporales, sed & ipsum Christum vicit, num. 9.
 Importunitas in Principem quandam infert violentiam, qua multoties inuoluntariè multa concedit non concedenda, num. 10.
 Violentia, & immodica persuasio equiparantur à iure, num. 11.
 Per importunitatem obtenta, cum fiant inuito concedente, non valent, num. 12.
 Multa iura permittunt litterarum Apostolicarum suspendi executionem legitima existente causa, ad effectum rescribendi ad Principem, n. 13.
 Cap. si quando de rescriptis, verba ponderantur, ibid.
 Cap. cum tenemur de prebend. verba declarantur, num. 14.
 Authen. de mandatis Princip. §. deinde competens ponderatur, num. 15.
 Authen. vt nulli iudic. §. & hoc verò mirabilis adducitur, num. 16.
 L. fin. C. si contra ius vel vilit. public. ponderatur, num. 17.
 Plures leges Partita, & Recopil. conferunt mandante Regi litteras non exequendas, sed rescribendam Regi de damnis publicæ utilitatis, num. 18.
 Mandatum Superioris in dubio iustum præsu-

mitur, eique obediendum, num. 19.
 Principis mandati executio suspendenda, si timeatur ex ea maius damnum, quam ex dilatione, num. 20.
 Principis mandatum iniustum, aut ipso iure nullum non est exequendum, num. 21.
 Commissarius non suspendens executionem rescripti notoriam continentis iniustitiam ad effectum rescribendi, an puniatur pena ordinaria, n. 22. remissinè.
 Rescriptorum executio suspendenda, donec de inconuenientiis, aut periculo Principis informatus, vel reuocet, vel secundam mittat iussionem, num. 23.
 Si ex litteris Pontificis, vel Principis oritur scandalum, vel magnum damnum, peccat obediens, num. 24.
 Iusta causa suspendendi rescriptum ubi adest, illius censuras non incurritur, num. 25.
 Qui iure contendit non dicitur inobediens, n. 26.
 Censura contra inobedientes fulminata eos ligant, qui cum obstinatione non adimplent, n. 27.
 Retentio Bullarum ex legitima causa, & eloque Christiano ob bonum publicum spirituale, aut temporale, non odio, nec immodestia facta licita iudicatur à Doctoribus, num. 28.
 In litteris, ex quibus resultat damnum publicum, deficit intentio Papæ, num. 29.
 In Bullarum retentione Senatus nihil agit de Pontificis potestate, nec de viribus litterarum, sed de eius intentione dubitatur, quod licitum est, ibidem.
 Voluntas, & potestas ubi ad inuicem repugnant nihil agitur, num. 30.
 Defectus intentionis, vel facti annullat litteras Apostolicas, num. 31.
 Defectus intentionis Papæ, & surruptio equiparantur, num. 32.
 Clausula quantumcumque pregnantis non tollit defectum intentionis Papæ, num. 33.
 Clausula (motu proprio) non tollit defectum intentionis, num. 34.
 Clausula (motu proprio) nihil operatur contra presumpnam, vel verisimilem voluntatem concedentis, num. 35.
 De defectu intentionis Papæ, qui latè tractent DD. num. 36. remissinè.
 Exceptio defectus intentionis, vel facti, non censetur exclusiua ab statuto reiciente omnes exceptiones, num. 37.
 Ista exceptio non censetur reiecta per pactum de non opponendo, & admittitur contra exceptionem, num. 38.
 Defectus intentionis, & facti non tam est exceptio, quam defensio non comprehensa in statuto excludente exceptiones, num. 39.
 Nec comprehenditur in statuto negante defensiones, num. 40.
 Exceptio defectus intentionis, & facti etiam post terminum datum à Iudice ad opponendum admittitur, num. 41.
 Exceptio defectus intentionis, & facti ex illis est, quas Iudex supplere tenetur parte non opponente, num. 42.
 De hac exceptio defectus intentionis qui tractent, & explicent, num. 43. remissinè.
 Senatus in recursu retentionis tantum indagat intentionem Papæ, qua deficit existente iusta causa ad suspendendam executionem litterarum, num. 44.

S:

Si Curia Roman. ministri recognoscissent finem, & preteritum Regis in hac Bullarum retentione, non agere ferrent eandem, num. 45.



ON existimet aliquis, quidquam apud Regia Hispaniarum Prætoria in hisce rebus, & negotiis Ecclesiasticis fieri, quod, vel minimum deroget Summi Pontificis potestati, vel purissimas eius aures offendat: ablit enim hoc à Catholicis Hispaniarum Principibus, qui Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, eiusque Summi, & totius Christiani Orbis Pontificis Sacrosanctæ & decretæ, & mandata maximo conatu, pro ipsorum pietate, & in Deum religionem colunt, exequuntur, & venerantur: is oblecto candido animo expendat, litterarum Apostolicarum executionem quandoque differti, ac suspendi regij Prætorij Decreto, & auctoritate: vt maximus Christi Vicarius interim certior fiat, quot, & quantis afficiatur incommodis, & grauaminibus, calamitatibus, & arumnis Reipublica ista, propter multa, quæ ab ipso fallis precibus, & suggestionibus impetrantur, quæ minime Sanctissimus Pontifex foret concessurus, si per syncceram, iustamque narrationem certò sciret, quid spirituali, & Ecclesiastico, & temporali huius Regni, & principatus recto regimini sit magis conueniens, & conducibilis, quanta insuper incommoda illi aduersarentur. Quod non aliter percipi valet, quam per delationem omnibus numeris absolutam, quæ à vltis prudentissimis, & atque in huius Reipublicæ administratione diu continua experientia, & tantorum, atque grauissimorum negotiorum cursu exercitissimis ipsimet Pontifici fiat. Vt & bene aduertit Præsul. Episcopus, Couar. præf. quest. cap. 35. num. 6. Azebed. in l. 2. tit. 6. lib. 1. Recopil. col. 3. fol. 106. Cened. Canon. quest. 45. num. 11. qui alios allegant, Salaz. in præf. crimin. Canon. cap. 54. num. 21.

Reges etenim nostri hoc tantum sine, & animo litteras sic Reipublicæ præiudiciales Apostolicas detinent, & cum aliis omni conatu, & obedientia certant Summi Ecclesiæ Præsulibus cunctas omnes tollerabiles litteras exequi, & ad id suum auxilium libentissimè præstant, vt ipsimet Reges profuerint, atque testantur in l. 14. tit. 3. lib. 1. Recopil. in fine, ibi: *Y es de creer, que nuestro muy Santo Padre condescenderá a la suplicacion que sobre esto le hizieremos, auiendo acatamiento a la justicia y buena razon sobre que se funda, y a la obediencia que su Santidad y su predecesores siempre saltaron en nos, y en nuestros progenitores; & similitur in l. 25. eodem, tit. 3. lib. 1. Recopil. ibi: Se nos ha dado muchas querrelas de los agrauados, que cada dia reciben en esto nuestros Reinos, de pronosiones que se desfachan en orde de Roma, en derogacion de las preeminencias dellas, y de la costumbre immemorial, suplicandonos por el remedio. Y porque nuestra intencion y voluntad es, como siempre ha sido, y sera, que los mandamientos de su Santidad, y Santa Sede Apostolica, sus ministros, sean obedecidos y cumplidos con toda la reuerencia y acatamiento debido, y assi lo tenemos encargado; y por esta encargamos mandamos a los Arceobispos, y Obispos, y a todos los Cabildos, Abades, y Priores, y Archiprestes deitos nuestros Reinos, y a sus jue-*

res y oficiales, que assi lo hagan y que todas las letras Apostolicas que viniere de Roma, en lo que fueren justas, y razonables, y se pudieren buenamente tolerar, las obedezcan, y hagan obedecer y cumplir en todo y por todo, sin poner en ello impedimento, ni dilacion alguna, porque nos terminamos por deservidos de lo contrario, y mandamos proceder con todo rigor contra los inobedientes, &c.

Inter omnes totius Orbis Christianas nationes nulla excellentior Hispanica in obsequio præstando Sedi Apostolicæ, in eius auctoritate tuenda, in reuerentia, & obedientia Pontificum decretis propter fidei puritatem, & ardentem Catholicæ Religionis zelum, & cultum, quo semper Hispaniarum Reges, eorum ministros eslagralle noscuntur, historiographi exteri, & naturales, vltra plures alios ita ostendit Luitius Marinæus Siculus in Reb. Hispan. lib. 5. cap. de Hispanor. sobrietate. ibi: *Quare quidem meo iudicio in Orbe toto terrarum, nulla gens est hodie Hispana, vt ita dicam, Christianior. Ioannes Balaus Belga, lib. 1. Chronicon. Hispan. cap. 9. ibi: Fuit profecto Hispania Christiana Religionis semper obseruantissima, & Fidem Catholicam, qua semel imbuta sincerissimè usque coluit, Hæreticis infestissima, quod & latè prosequitur Simancae de Catholicis institution. tit. 3. num. 3. & 14. Camillus Borrellus de præstantia Regis Catholici, cap. 81. Baldefius de dignitat. Reg. Hispan. cap. 20. à num. 19. Domin. Gregor. Lopez Madera Supremi Consilij dignissimus Senator in Monarchia Hispan. cap. 6. fol. 46. & cap. 112. à num. 3. & nouissimè Fiat. Ioann. à Salazar. in Politica Hispan. propositio. 3. Nauarrete in discurs. politic. 7. Doctissimus Præceptor Nolter D. Ioann. à Solozan. in tractat. de iure Indiarum, lib. 2. cap. 25. à num. 12. & per totum, cap. videndus; qui plura congerit in proposito. Et de hac natione Hispania nimis obediens prælati Ecclesiæ, Fiat. Ioan. de la Puente in conuenient. vtriusque Monarchia, lib. 1. cap. 2. §. 3. ad medium.*

Interim igitur dum Summus Pontifex instructior hisce de rebus publicæ & utilitati consulere, & re decernit per secundam iussionem, alioque litterarum Apostolicarum executio differtur, eò quod nec ipse Summus Ecclesiæ Pastor vult, quemquam opprimi, & violenter grauari, imò potius hoc ipsum denotat in dicta Bulla in Cœna Domini, dicit. cap. 14. dum supplicationes ad ipsum, Sedemque Apostolicam permittit interponi, vt ipse inclius informatus de inconuenientiis suspendat suarum litterarum per importunitatem nimiam extortarum effectum, digneturque ea damna curare, & tollere, vt in illis verbis, dicit. Bulla in Cœna Domini, ibi: *Vel alias executionem litterarum Apostolicarum, vel executorialium, etiamsi sub preterito violentie prohibenda, vel quod ad nos informandos, (vt ipsi animi) supplicauerint, aut supplicari fecerint nisi ipsa supplicationes huiusmodi coram nobis, & Sede Apostolica legitime prosequantur, &c.* De quo amplissimè cap. antecedenti actum est, Cened. quest. Canon. 45. n. 11. & alij, dicit. cap. 2. citati à principio.

Hoc enim grato animo ferunt Pontifices, & Principes & omnes per varia Canonica Decreta, & Cæsarea responsa metitè prævidentes datuæ oriunda ex multis litteris Apostolicis, per

F. lugge

suggestiones, & importunitatem extortis contra ipsorum voluntatem, in damnum publicæ utilitatis. Quòd si cognouissent eo tempore, minime concessissent, prout indices lamentantur Pontifices, vt in c. in inuenture, §. ceterum, ibi: Ceterum qui procurator in iudicio, compulsiuimus, non tam iuris necessitate, sed importunitate petentis, &c. de punga. Canonica, text. in cap. tue, ibi: *Quæ per ambitionem nimiam, per quam non concedenda multoties concedimus, &c. De prebendis, textus in cap. fin. ibi: Sed quia non solum importunitate petentium inhiatio postmodum multiplicatione extorsit, de prebendis in 6. textus in extraneis inhiabilis, de prebendis, in principio, ibi: Et importunitas petentium à nobis, & prædecessoribus nostris non tam obtinisse, quam extorsisse plerumque noscitur, &c. & ibi glossa, verb. Quom extorsisse, ait. Ab inuito per talem importunitatem, & Imperatores hoc iplum affirmant, vt in l. 1. C. de petition. honor. sublati, ibi: Inuerecunda petentium inhiatione constringimur, &c. & in l. fin. C. de manibus non excus. lib. 12. ibi: Sed quoniam plerumque in nonnullis causis inuerecunda petentium inhiatione constringimur, vt etiam non concedenda tribuamus, &c. textus etiam in l. 2. C. de Canone frumen. l. 1. C. de fundis limitrophis, aubent. vt non fiant pignorationes, colat. 4.*

Et non solum Principes Ecclesiasticos, & temporales vincit prolixia, & importuna petitio, sed & ipsum Christum, vt & Diuus Hieronymus loquendo de Canana, dixit, obtinuisse à Christo importunitate, quòd precibus non poterat, ibi: *Quòd precibus non potuit, tadio imperauit.*

Quoniam importunitates in nobilibus animis Principum quædam vim, & violentiam inducunt, vt multoties non concedenda concedant, ex d. iuribus, & facti text. in l. 5. C. de Apostatis. Vbi violentia, & importuna, immodicæ persuasio, & equiparatur, vt constat ibi: *Qui seruum, sine ingenium inuitum, vel suastione, &c. text. in l. 1. inuiti persuadere, ff. de seruo corrupto, ibi: Persuadere est plinquam compelli, & cogi sibi parere, &c. & est singularis l. 1. tit. 19. p. 7. in fin. ibi: Quom extorsisse, ait. Ab inuito per talem importunitatem, & Imperatores hoc iplum affirmant, vt in l. 1. C. de petition. honor. sublati, ibi: Inuerecunda petentium inhiatione constringimur, &c. & in l. fin. C. de manibus non excus. lib. 12. ibi: Sed quoniam plerumque in nonnullis causis inuerecunda petentium inhiatione constringimur, vt etiam non concedenda tribuamus, &c. textus etiam in l. 2. C. de Canone frumen. l. 1. C. de fundis limitrophis, aubent. vt non fiant pignorationes, colat. 4.*

Et non solum Principes Ecclesiasticos, & temporales vincit prolixia, & importuna petitio, sed & ipsum Christum, vt & Diuus Hieronymus loquendo de Canana, dixit, obtinuisse à Christo importunitate, quòd precibus non poterat, ibi: *Quòd precibus non potuit, tadio imperauit.*

Quoniam importunitates in nobilibus animis Principum quædam vim, & violentiam inducunt, vt multoties non concedenda concedant, ex d. iuribus, & facti text. in l. 5. C. de Apostatis. Vbi violentia, & importuna, immodicæ persuasio, & equiparatur, vt constat ibi: *Qui seruum, sine ingenium inuitum, vel suastione, &c. text. in l. 1. inuiti persuadere, ff. de seruo corrupto, ibi: Persuadere est plinquam compelli, & cogi sibi parere, &c. & est singularis l. 1. tit. 19. p. 7. in fin. ibi: Quom extorsisse, ait. Ab inuito per talem importunitatem, & Imperatores hoc iplum affirmant, vt in l. 1. C. de petition. honor. sublati, ibi: Inuerecunda petentium inhiatione constringimur, &c. & in l. fin. C. de manibus non excus. lib. 12. ibi: Sed quoniam plerumque in nonnullis causis inuerecunda petentium inhiatione constringimur, vt etiam non concedenda tribuamus, &c. textus etiam in l. 2. C. de Canone frumen. l. 1. C. de fundis limitrophis, aubent. vt non fiant pignorationes, colat. 4.*

ipse Pontifex de legitima causa, vel reuocet concessionem, & mandatum, vel secundam mittat iussionem, text. est capitalis, & expressus in cap. si quando §. de rescriptis: *Si quando (inquit Pontifex) aliqua tua fraternitati dirigitur, que animatum exasperare videntur, inuariat non debes (& infra) Qualitatem negotij, pro quo tibi scribitur diligenter considerans, aut mandatum nostrum diligenter adimpleas, aut per litteras tuas, quare adimplere non possis, rationabilem causam pretendis, quia patienter sustinemus, si non feceris, quod praua nobis fuerit insinuatione suggestum, &c. Dignissima quidem Decretalis tali Pastore.*

Textus est etiam in cap. cum teneamur 6. de prebendis, in hæc: *Cum teneamur (& infra) si mandatum nostrum pro alicuius provisione recepimus, qui aliud beneficium habeat, de quo valeat commode sustentari, nisi forte in litteris ipsis de hoc mentio habeatur, aut si non potest ei sine scandalo provideri, equanimiter sustinemus, si pro ea mandatum nostrum non duxeris exequendum, &c.*

Similis text. in Authen. de mandatis Principum, §. deinde competens, ibi: *Si quis autem, cui tale quod aliquid iustum est, veniat: omnino non respiciamus eum, nisi fuerit nostram prætaticam ostendat formam pro hoc scriptam: tunc suscipiens quidem talem formam, non autem aliquid agens ex ea, antequam ad nos nuntians, secundam præceptionem nostram suscipiat, &c. Vbi glossa verbo, Nuntians, ita ait: Et hoc est contra miseris Prælatos, qui timent in tantum litteras Domini Papæ, vt non audeant reclamare, quod facere non debent, vt hic dicitur, &c. Neque per hoc deseruiunt legi, ino seruiunt propter hoc Papæ, vel Principi, vt C. de appellacionibus l. fin. in fin.*

Text. mirabilis in Authen. vt nulli Iudicum §. & hoc verò, in hæc verba: *Si verò quibusmodi in scriptis iussio publicum respicit, inquirat eam, & si quidem non ledatur Fiscus, qua in ea comprehensa sunt adimpleat, si verò ad lesionem est Fiscus, nihil super ea omnino agi: nuntiare verò nobis primam, vt secunda nostra fiat de hoc iussio. Si verò præcepta & cuiuslibet Iudicis sint, & priusquam infirmemur hæc, aut præcipiunt, aut ad quæ præcepta facta sunt, contigerit remoueri, de singulo sit. Qui factus fuerit Iudex hæc suscipiat, & exigat, si legitime facta sunt, si verò contra legem, aut contra publicum facta sunt, hæc pro non scriptis esse iubemus, &c.*

Textus etiam in l. fin. C. contra ius, vel vitium public. cuius sunt verba: *Omnes cuiuscumque, & maioris, vel minoris administrationis vniuersa nostra Respublice Iudices mouemus, vt nullum rescriptum, nullam prætaticam sanctionem, nullam sacram adnotationem, qua generali iuri, vel utilitati publice aduersa esse videantur, in disceptionem cuiuslibet litigij patiuntur proferri, sed generaliter sacras Constitutiones modis omnibus non dubitent obseruandas, &c. Concordat c. Pastoralis, de fide instrum. l. vniuersa rescripta, C. de precibus Imperatorij offerent. idem probatur in l. nec damnosa, C. eodem tit. l. iubemus, C. de sacrosan. Eccles. l. 1. C. de petit. bona, sublati, lib. 10. cum pluribus alijs vtriusque iuris.*

Et plurimis nostri Regni legibus hoc idem statutum est, familia rescripta Regis obedi, non tamen adimpleri, & exequi, sed suspensis rescribatur Regi de inconuenientis, & damnis publice utilitati contrariis. Indeq; secunda iussio, & responsio expectetur, vt optime in l. 2. tit. 18. p. 3. ibi: *Et si fuerint contra nos Decretos del Rey, no debent*

deben luego ser las primeras cumplidas, ca non han fuerca ninguna, porque pueden ser dadas con priesa de afincamiento, o con gran cura, non pudiendo al fazer, por desfor su gran daño, o auiedo de ver otras cosas, porque non pudiese, y paramientos, mas aquellos a quien las embiare deben lo fazer saber al Rey, como recibieron tales cartas, que eran contra su derecho, o amenguaniento dellos, que les embie ha de ser comoogan. E si les embiare las secundas cartas en aquella misma razon debemas cumplir, &c. & in l. 30. eodem titul. Fueren dadas algunas cartas, non deben ser cumplidas las primeras, ca non han fuerca, porque son en daño de muchos, mas debemo mostrar al Rey, rogandole, è pidiendo merced sobre aquello que les embia a mandar en aquella carta, &c. & inferius: *Nin se deben cumplir hasta que lo hagan saber al Rey aquellos a quien fueron embiadas, que les embie ha de ser la razon, porque lo manda hazer. Ca todo hombre debe sospechar, que desfues que el Rey entendiere el fecho, que les non mandara cumplir las cartas, &c. Idem in legis 31. & 32. eodem tit. Ad id vide omnino, l. 1. tit. 14. lib. 4. Recopil. & l. 1. 3. & l. 4. eiusdem tit. & alias plures infra citatas, hac 1. p. c. 7. a. n. 17. cum multis segg.*

Quamuis enim præceptum Superioris indubie præsumatur iustum, ex gloss. verbo, Iniquitas, in cap. quid culpatur 23. q. 1. glossa, verbo, Obedientiam, in cap. ad aures, de temporibus ordinari. gloss. verbo, Mandato, in cap. ex tenore, & ibi scribentes de sentent. excomm. text. & gloss. in cap. 2. de maioritate, & obediens. Et notat Paludan. in 4. dist. 19. q. 4. col. 1.

Multa ad hoc congerit circa obedientiam mandatorum Principis, vt illis omnino sit parendum, Farinac. in praxi crimin. quest. 97. casu 1. à princip. & casu 2. à num. 26. lib. 3. vbi infinitos Doctores ad id allegat.

Attamen huiusmodi præcepti executio potest licite suspendi, & differri, quoties maius damnum timeatur ex ea, quam ex dilacione, quæ fit, donec appareat de vera talis præcepti iustitia, secundum Adrianum, quotilibet 2. vers. Pro solutione, Dominicus Soto in relect. de secreto memb. 3. q. 2. conclusi. 1. & 2. Nauarr. in cap. inter verba 11. q. 3. col. 53. latè Palatius Rubens in libello de beneficiis vacan. in curia, §. 3. §. 4. & sequent. Cenedus in collect. ad Decretales, colum. 3. num. 1. & 2.

Mandatum enim Principis iniustum, ipso iure nullum, aut notoriam iniustitiam continens, potest obtemperandum non est, nec exequendum, text. in cap. si dominus, & in cap. qui resistit. 11. quest. 3. gloss. in cap. 2. verbo Principi, & in verb. Morte, de maioritate, & obediens. Matfill. in l. 1. num. 122. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. per l. meminerim, cum ibi notatis per DD. G. vnde vi, & ex B. Bal. Angel. Roma, & Felin. in locis ibi per eum notatis, Maranta in sua disp. 1. post præctiam, n. 20. & 37. Carterius in præct. in 3. tract. de homic. & Alsi. §. sequitur ex quibus causis excusetur mandatorius, n. 16. vbi alij recententur concordantes, Iacob. Nouell. reg. 47. fallentia 2. Anton. Gomez de delictis, tit. de homicid. n. 41. post princip. Petrus à Plaça in epitome dilectorum, lib. 1. cap. 15. n. 25. Roland. conf. 12. num. 80. & segg. Nouel. in tractat. ad defensionem in princip. num. 85. Tiraquel. qui plures congerit in tractat. de penis temper. causa 16. à princip. Carterius in præct. crimin. in tractat. de homicid. num. 95.

Clarus in præct. criminal. §. fin. q. 60. Iacobus de Graffi. in suis decisionibus lib. 2. cap. 64. num. 11. p. 1. Menoch. de arbit. lib. 2. cap. 354. à num. 1. & segg. amplissime Prosperus Farinac. in præct. crimin. lib. 3. quest. 97. de penis temperan. casu 1. per totum, & casu 2. vbi latissime hinc inde disputat, an casu quo Commisarius possit supersedere in executione rescripti nullius, vel contentis notoriam iniustitiam, & rescribere ad Principem, puniatur, si ita non faciat, vel potius excusetur à pena etiam arbitraria.

Quare iustissime per præfata iura Canonica, & Ciuilia deciditur, & mandatur, vt rescripta Pontificalia, Regnæque suspendantur, & in eorum executione supersedeatur, quoties aliqua causa subit iusta, ob quam executio debeat differri, donec de inconuenientis, & damnis, aut periculis instantibus consultus Pontifex, aut Princeps de remedio provideat, reuocando, aut secundam iussionem mittendo, æquanimiter & patienter sustinens iustam hanc causam suspensionis, hanc conclusionem ex d. Iuribus deduxerunt, & communiter DD. probantur omnes, scribentes præcipue in d. cap. si quando de rescriptis, prout sunt Abb. antiqui Collectar. Zabarella, Barba. Bellameta, Ioan. Andr. Anan. Imola, Holtienf. Ancarran. Abb. Panormit. Bald. Felinus, Decius, Ripa, Butrius, Henricus Boich. Martin. Vranus. Et in repetitio, ad dictum text. Didacus de Sahagon, & Doctor Nauarr. qui omnes probant, quòd præceptum Superioris, vbi iniustum, datum, seu asperum apparet, nullo modo est exequendum, & tenetur illud impediens secundam iussionem expectare, probant insuper Alpharus in collect. num. 507. Cardinalis conf. 142. doctissimus Dominus Palatius Rubens de beneficiis vacan. in Curia, per totum pulchre Azebed. in l. 14. ex num. 33. tit. 3. lib. 1. Recopil. Robertus Maranta in disp. 1. num. 19. Felin. in cap. nonnulli de rescriptis, num. 9. & 14. Didacus Perez lib. 2. tit. 4. l. 29. gloss. 1. versic. Vnde contra prædictum rescriptum, ex pag. 152. Lancelot. Conradus in templo omnium iudicum, lib. 1. cap. 1. §. 5. tit. de præstantia & potens. Imperator. versic. Obedire ei omnes debent, num. 16. fol. 91. Iacobus Menoch. de arbitrariis, casu 334. num. 6. Alphonsus Oieda de benefic. incompat. 1. p. cap. 21. num. 5. Egidius Boffius in praxi crimin. tit. de homicidio, ex num. 96. latissime Neufan. in Sylua nuptial. lib. 6. num. 49. Franciscus Petrona, de iudiciis, q. 17. num. 8. optime Couar. præct. quest. cap. 35. num. 6. & in Regula peccatum 1. p. in princ. num. 5. optime Ioan. de Segura Daualos in decreto Iudic. Ecclesiastico, 2. p. ca. 5. ex n. 3. eruditus Hieronym. Portoles in Scholis ad Molinum in §. consultatio, ex num. 17. latissime Flaminio Cartarius de excusione sentent. capto Bannito in cap. fin. ex num. 327. Padilla in l. causus, num. 4. C. de transaction. Roderic. Suarez allegacion. 12. num. 49. & 50. & in l. post rem indicat. casu 12. per totum, plures referens Baldesius in eius addicion. ad leg. Regni, §. est alius casu notab. 12. versic. Alius est euidenter, pag. mihi 100. Iacobus de Graffiis in decision. aur. p. 1. lib. 2. cap. 10. à num. 21. nouissime Ioan. Baptista Fini. de regul. iuris, concl. 33. versic. Benignissima, Doctor Anguanus de legibus, disp. 5. per totum, & nullis ex his allegatis, alios tamen quam plures citant Prosperus Farinac. lib. 3. de penis temperand. q. 97. casu 2. à n. 33. cum segg. & post Innocent.

cent. dixit Pinell. in 1. part. rubrica, C. de re-
 vind. vendit. cap. 2. num. 20. in final. verbis. Quòd
 peccat obediens mandato iniusto Pontificis,
 24 ¶ vel Principis, quando ex tali mandato oriuntur
 scandala, vel magnum damnum, sequitur
 Cened. in collect. ad Decretales 3. in fin. & a prin-
 cip. Barbosa in collectan. ad cap. si quando, de re-
 scriptis, num. 2.

Quare ubi adest iusta causa supercedendi in
 executione ¶ rescripti, non incurri illius cen-
 25 suras, probant Abb. in dict. cap. si quando, n. 2.
 Zabarella quaest. 1. num. 3. Ripa num. 17. lacissi-
 me probat Palatius Rubens in libello de beneficiis
 vacant. in Caria per totum, & præcipue §. 7. &
 §. 12. ad fin. ita resoluti etiam Augustin. Barbosa
 in collect. ad cap. si quando in addition. versic. Ibi-
 dem post. num. 3. Maranta in disp. 1. num. 19. Fel-
 lin. in dict. cap. si quando, num. 2. vers. Per istum
 text. ubi ampliat etiam, si Papa mandet sub pœ-
 na excommunicationis lata sententiæ ex Ancara-
 rano, quem allegat, in cons. 285. incipit per præ-
 dicta subtiliter, &c. sequitur Prosperus Farinac.
 in practi crimin. lib. 3. de pœnis temperand. q. 97.
 casu 2. num. 40. Quia tunc non dicitur non pa-
 26 rere, ¶ cum faciat lege permitte, ex diatribis,
 & quia qui iure contendit non dicitur inobedi-
 ens, Menochius cons. 29. num. 19. probat etiam
 Barbosa in dict. cap. si quando, à num. 3. & am-
 plius in nostris terminis probant omnes DD. ci-
 tati supra cap. 2. circa Bullam Cœnæ Domini à
 n. 19. & segg. n. 24. 30. 33. & n. 34.

Quoniam reuera illæ pœnæ, & censuræ con-
 27 trariæ præcisè ¶ non obtemperantes fulminatæ in-
 telliguntur, & eos dumtaxat comprehendunt,
 qui cum obstinatione, & inobedientia non adim-
 plent, & in proposito quando subest legitima
 causa supercedendi, quod mandatarij subditi non
 sunt inobedientes, qui quamvis realiter man-
 data non complent attento tenore verborum,
 animo tamen superioris, & eius & iuris menti
 satisfaciunt, provt ex plurimis Doctoribus &
 fundamentis, comprobatur Anguianus de legib.
 lib. 1. controuers. 5. num. 7.

Hanc eandem conclusionem exornat magna
 28 illa Doctorum ¶ cœteta, quorum nomenclatu-
 ram in vnum congregamus supra c. 2. à princip. &
 per totum (quos vterius non recensio) qui quid-
 è inter alia fundamenta, hoc hæctenus adducto
 iustificat retentionem litterarum Apostolicarum
 omni reuerentia, Christiano zelo legitimo fine,
 nullo odio nec inmodestia, sed ob bonum pu-
 blicæ utilitatis, & quietem Reipublicæ spici-
 tualis, Ecclesiasticæ & temporalis factam per
 Regia suprema Prætoria, & Tribunalia horum
 Hispanorum Regnorum iustificat, & licitam
 asserunt existente iusta, & legitima causa ex his
 quæ à iure Pontificio approbate sunt, provt
 hæctenus vidisti, & de singulis insuper in cap.
 sequentibus erit accuratè tractandum.

In quibus omnibus cum deficiat intentio
 29 Pontificis, vel facti, ¶ quia ipse non fuit infor-
 matus de inconuenientis tangentibus damnum
 publicæ utilitatis, vt per capita sequentia latius
 videndum erit, sequitur, vt legitime intret Bul-
 larum retentio, in qua nihil agitur de potestate
 Pontificis, nec de viribus litterarum ad effe-
 ctum decernendi super illis (absit) sed dumtaxat
 de eius voluntate & intentione dubitatur, quod
 licitum esse latius probat Hieronymus Gonca-
 lez in reg. 8. glo. 9. §. 2. à num. 69. cum sequentibus.

Vbi post alios, quòd non sufficit posse facere,
 nisi intendat, & velit facere, & quod quando
 ¶ voluntas, & potestas admittunt repugnant,
 nihil agitur ex cap. cum super de officio delegati,
 & aliis Doctoribus. Quæ si tales sint litteræ,
 quæ offendant Reipublicam Ecclesiasticam,
 aut temporalem, ex quo non fuit sua Sanctitas
 informatus, nec sibi de inconuenientis, &
 30 damnis fuit facta relatio; deficit intentio eius
 ex defectu facti, & per consequens litteræ cor-
 runct, & nullæ sunt, eisque exequi nullo modo
 vult nec permittit ¶ Sanctissimus. Rota vt per
 Seraphinum decision. 761. per totam, & num. 1.
 sic ait: Quia pretenditur gratiam Equitis Guceji
 fuisse inualidam ex eo, quod tempore date dicitur
 gratie ius fuerit quæsitum fratri Rodulpho vigore
 dicitur expectatiua, maxime stante confirmatione
 Apostolica, & ideo cum Papa non habuerit scientiam
 iuris alicui quæsitam ex defectu intentionis
 corrumpere, &c. Et iterum, num. 9. Ideo
 huius iuris ignoratio reddit gratiam nullam ex
 defectu intentionis, & necessarium erat derogare; Re-
 gula de iure quæsitio non tollendo, &c. Et ipse Se-
 31 raphinus in decision. 341. num. 8. & 9. ibi: Ex
 quo etiam sequitur, quod renouatio illius consen-
 sus redderet gratiam nullam usque ab initio propter
 defectum intentionis Papa, qui defectum annullat
 gratiam ab initio, Calliodorus decision. 3. de
 pensionibus, num. 5. gratie enim à tempore da-
 tæ initium sumit, & propterea tempus illud
 attenditur, cap. si super gratia de officio delegati.
 Gigas quaest. 22. num. 16. de pensionibus, Clarus
 est autem defectus intentionis, quia Papa nol-
 uisset inferre hoc præiudicium Domin. Iulio,
 &c. & in decis. 1498. num. 1. & num. 3. ibi. Et
 ideo Gratia corrumpitur ex defectu intentionis, vt
 per Gemina. cons. 36. in princip. Collectan. in cap.
 constitutum, quaest. 5. de concessione Præbende, Ro-
 man. cons. 335. &c.

Aliam recenset ipse 338. in hæc, gratiam
 fuisse nullam à principio ex defectu intentionis
 reseruata generalitate, sine euentualitate, & de-
 mum 20. Martij, eadem decisio per Dominos
 confirmata, præcipua fundamenta decisionis
 fuerunt; primo authoritas Doctorum in c. cau-
 samque el. 2. de retribuis, vbi Glossa, Hostiensis,
 Ioann. Andr. Egidius, Abbas, Felin. Aretin. &
 alij per informantes allegati, Iason in l. 2. n. 2. C.
 vt lite pendente. Antonius de Butrio in cap. cum
 nostris, colum. 2. circa med. vers. Quia licet Pa-
 pa, & ibi Abb. sub num. 9. versic. Nam motus pro-
 prius, de concessione præbende. idem Abbas in cap.
 ad aures, sub num. 5. de re scriptis, & in cap. cum
 olim, num. 15. de re iudic. & in cap. quia circa,
 sub num. 7. de consanguinitate, & affinitate, Fel-
 lin. in tractat. quando litteræ Apostolicæ, num. 2.
 versic. Ampliat, Probus ad Monach. in cap.
 si motu proprio, num. 6. de præbendis, in 6. Ripa
 lib. 2. respons. 1. cap. 28. num. 22. Riccius cons.
 116. sub num. 5. volum. 1. Et hoc idem, quod
 gratia etiam motu proprio sit nulla ex defectu
 intentionis, semper tenuit Rota Antiqua, Mo-
 derna, & Modernissima, vt per Egidium de-
 cis. 392. Rota in antiq. decis. 445. Calliodorus,
 decis. 3. de pensionibus & Chasfin. 97. Qui omnes
 vno ore dicunt, gratiam etiam motu proprio fa-
 ctam esse nullam, quando adest defectus inten-
 tionis, & licet non dicant esse ipso iure nullam;
 tamen sunt etiam aliqui, qui hoc dicunt, ve-
 32 luti Parisius cons. 74. num. 32. lib. 4. Et hoc idem
 videtur

videtur firmare, Calliodorus decis. 3. de pensionibus, n. 3.
 in fin. &c. & tandem, num. 5. tradit esse nullam
 ipso iure, licet fundet se etiam in subreptione,
 quia in casu suo gratia erat ad partis postulatio-
 nem, sed non tollit equiparationem, quam fa-
 32 cit subreptionis, ¶ & defectus intentionis, quia
 passim æquiparant subreptionem, & defectum
 intentionis, &c. Vbi latè prosequitur, & iterum
 Seraphinus ipse in decis. 51. n. 26. 29. & 39. vbi
 hæc æquiparatio subreptionis, & defectus in-
 33 tentionis, vt vtroque casu gratia reddatur ipso
 iure nulla.

Et ita pluries tenuit Rota, vt constat ex Ale-
 xandro Ludouico decis. 164. an. 7. ibi. Præsertim
 quia Papæ non fuit narratus huiusmodi defec-
 tus, nec intellexit præiudicium quòd infere-
 rebatur Domino Paulo Emilio, si eius obliga-
 tio deberet fortiri effectum, propterea non est
 dicendum confirmationem operari, quod non
 loquitur, & fuit omnino alienum à mente, &
 intentione confirmantis, ex latè adductis in Ro-
 mana Secretaria 10. Aprilis 1592. coram Reue-
 34 rendissimo Patriarcha; in qua etiam fuit dictum;

¶ clausulas quantumvis prægnantes, & cuius-
 cumque generis non tollere defectum inten-
 tionis, nec contra eam operari, quod fuit etiam
 resolutum, in Mediolanens. fructuum 24. eiusdem
 mensis, coram Illustrissimo Cardinali Blancheto,
 &c. Plures ad id Rote decisiones, quòd defec-
 tus intentionis vitæ gratiam, refert Marefcot.
 variis. resolut. libro 2. c. 18. à n. 47. Et quod clau-
 34 sula motu proprio ¶ non tollat defectum inten-
 tionis, probant Felin. in cap. si propter, vers. Et
 finaliter, de re scriptis in 6. Ioannes Andreas in
 cap. si motu proprio, in principio, de præbendis in 6.
 Abbas in cap. quia circa, versic. Sed quæro, de con-
 sanguinitate, & affinitate, Imola in cap. manda-
 tum, vers. Et ex prædictis, de re scriptis, & in l.
 quidem consulebant, vers. Et similiter, Aretinus
 in cap. causamque el. 2. & ibi Felinus de retribuis,
 Egidius decis. 392. & decis. 475. Milles in Reper-
 tor. gratia si est impetrata, Felin. in cap. caterum,
 versic. Septima restrictio, de re scriptis, & in cap.
 consuet. vers. limita quarto, eodem tit. Alexan-
 der in cons. 215. volum. 7. Socinus cons. 115. n. 2.
 & sequentibus, volum. 3. & cons. 220. vers. Non ob-
 stat, volum. 3. Curtius Senior, consil. 35. num. 36.
 & sequentibus, & consil. 50. num. 154. Martin. de
 Lauden, in tractatu de priuileg. & re scriptis, con-
 clus. 62. Vitallin. in tractat. clausula, versic. cl.
 clausula motu proprio, Ruinus cons. 123. num. 19.
 volum. 3. Rebuffus super concordant. in ultimo
 effectu, versic. 8. non tollit, Parisius in consil. 82.
 num. 66. vol. 1. & cons. 74. num. 23. vol. 4. & con-
 sil. 79. num. 22. eodem volum. & cons. 74. num. 76.
 volum. 1. Anton. Gabriel. commun. conclus. tit. de
 clausulis, conclus. 5. à num. 18.

Vbi num. 19. quòd nec operatur hæc clausula
 35 (motu proprio) contra præsumptam, vel verisimilem
 voluntatem concedentis, Cardinalis
 in Clementinis. si Romanus, in 2. quaest. de præben-
 dis, Antonius de Butrio in cap. cum in nostris,
 & ibi, Abb. num. 19. de concessione præbende. Abb.
 in cap. causamque el. 2. in quaest. 2. de retribuis, Bar-
 ba. in cap. ad aures, num. 36. de re scriptis, Cat-
 din. consil. 96. Egidius consil. 392. Felin. in cap.
 ad aures, versic. Quæritur casus, de re scriptis,
 Selua de beneficiis, 3. part. quaest. 12. versic. l.
 Quintus casus, Gigas in tractatu de pensionibus,
 quaest. 29. num. 5. & quaest. 9. num. 6. Calliodorus,

decis. 3. de pensionibus, num. 4. Ruinus cons. 98. vo-
 lum. 4. Marian. Iunior. in cons. 77. num. 104. vo-
 lum. 1. & aliter ampliat Anton. Gabriel. vbi proxi-
 36 me, num. 21. & sequentibus, & num. 23. Quòd
 Papa debet esse plene informatus, vt non adsit
 defectus intentionis

Et post Cardos. Vincent. de Franch. Flamin.
 Paris. Ioann. à Cochier, Monetam, Farinac. &
 alios, necnon Rotæ decisiones ¶ de hoc de-
 37 ctu intentionis, latius tractat Augustinus Bar-
 bos. in tractat. de clausulis, claus. 79. à num. 47.
 cum segg.

Et hinc est quòd exceptio defectus inten-
 tionis, & facti ¶ non censetur reiecta à statuto
 reiciente omnes exceptiones, secundum De-
 cium in cap. ex parte el. 2. num. 85. de officio de-
 legati, Bald. in l. peremptoria, num. 27. & 38.
 C. sentent. rescind. non poss. & in l. sancimus, C.
 de donationibus, & in l. in rebus in fin. C. de iu-
 re dotium, Alexander. in l. qui se debere, num. 1.
 ff. de condit. causa data: vbi Iass. num. 6. Afinius
 in practico, §. 31. cap. 47. Menoch. in tractat. de
 præsumpt. lib. 2. præsumpt. 48. num. 37. Felinus
 in rubric. de exception. num. 7. Couarruias in
 cap. possessor. in 1. part. relect. num. 4. in fin. de
 regul. iur. in 6. Alexand. in additionibus ad Barr.
 in l. 1. parui, num. 7. littera A. versic. Adde
 quod ff. quod vi aut clam. Surtus consil. 186.
 num. 26. lib. 2. Comian. super viribus magn. Cur.
 cap. 26. num. 39. Beroius in cap. item cum quis,
 num. 19. & 20. de re iur. spoliat. Guido Pap.
 in tractat. de compulsoria, liter. quaest. 9. Remi-
 nald. Iunior. 41. num. 4. lib. 1. Purpuratus in
 l. 2. §. creditum, num. 19. & 20. ff. si certum pe-
 38 tatur, Millanen. decis. 3. num. 27. & decis. 2.
 num. 169. & 170. & decis. 8. num. 45. lib. 2. vbi
 dicit, quòd ista exceptio non censetur reiecta,
 etiam ¶ per pactum de non apponendo, & quod
 admittitur contra executionem, sequitur Car-
 39 olus de Grassis alios referens in tractatu de ex-
 ceptionibus, except. 26. num. 1. & 2. Cumian.
 super dict. Riin, cap. 40. num. 231.

Et ratio huius doctrinæ bene quadrat huic
 retentioni, quia hæc exceptio ¶ defectus in-
 40 tentionis, & facti non est propriè exceptio,
 sed potius defensio, idè non comprehenditur
 in statuto loquente, & excludente excep-
 tionem, Paulus de Castro in l. 2. ff. de excep-
 tionibus, Bald. in dict. l. peremptoria, volum.
 penult. C. sentent. rescindi non posse, Petrus
 Calefac. in repetitio. l. iuris gentium, num. 66.
 ff. de pact. Cumia in dict. Riin. dict. capitul. 16.
 num. 4. Carolus de Grassis dict. except. 26.
 num. 3. qui num. 4. ampliat vt nec ¶ etiam
 comprehendatur in statuto venegate defen-
 siones, ex Alexandro in l. qui se debere, num. 1.
 & ibi, Iasson. num. 6. ff. de condition. causa data.
 Beneintend. decis. 67. in fine, Menochio dict.
 præsumption. 48. num. 37. Betrachini in repertor.
 in verbo deservio, num. 13. Cumia. super dict. ca-
 pitul. 40. Riin. num. 231. vbi allegat Prouincia-
 lem, & videndi sunt Aret. & Doctores in l. cum
 seruimus, C. de seruus fugitiuis, Maur. Burgen.
 in tractatu de laudemis, part. 3. inspectio. 40. num. 116.
 Millanen. decis. 2. num. 156. Fuluius Pacianus in
 tractat. cui incumb. onus prob. negat. 1. part. cap. 66.
 num. 70. & segg.

Et est defensio, & exceptio intentionis, &
 facti tam priuilegiata, quod etiam potest termi-
 num ¶ datum à Iudice ad opponendum omnes ¶
 F 3 exceptio

exceptiones, hæc potest opponi, Patianus ubi proxime, num. 73. post Bald. in l. in rebus, num. 26. C. de iure dotium, lall. in l. qui se debere, ff. de condit. causa data, Felin. in Robr. de except. num. 7. Graffis dict. exception. 26. n. 6.

Nec non hæc exceptio, defectus intentionis, & facti, est vna ꝑ ex illis, quas Index etiam parte non opponente tenetur supplere, Glossa in cap. 1. in verbo Defensionis, de litiis contestat. in 6. Speculator. in tit. de exceptionibus, §. 1. n. 4. Iaffon. in dict. l. qui se debere, num. 6. ff. de condit. caus. data, Bald. in l. si constat, num. 3. C. de compensationibus, Fulvius Patian. in præf. probatio negat. 1. part. cap. 68. num. 80. Petrus Surdus conf. 186 num. 26 lib. 2. Alexand. conf. 83. num. 10. lib. 5. Curnia, super Ritib. magne Curie, cap. 42. num. 39. Graffis dict. except. 26. num. 7. ubi post alios, quod habens hanc exceptionem non tenetur ex parte sua aliquid probare.

Et quæ sit hæc exceptio intentionis, & facti, & ad eius ꝑ intelligentiam, vide vltra. decisiones Rotæ superius adductas, Afflicti super Conf. Regni, lib. 2. Rubric. de non retard. litiis contestat. num. 3. Petrus Surdus, dict. conf. 86. num. 26. Millanenf. decif. 2. num. 115. & decif. 9. num. 83. & decifion. 15. num. 19. lib. 2. qui alios allegant.

Senatus igitur in hac retentione litterarum Apostolicarum tantum inquit, & sequitur intentionem Pontificis, quæ omnino deficit in litteris ab eo impetratis ex suggestione, in quibus concurrit aliqua ex legitimis causis, de quibus in hoc capite, & in quatuor, seu, quinque sequentibus, cum in eis adit damnum publicæ utilitatis, de quo Summus ipse Pontifex informatus non fuit, nec sibi facta relatio, vel saltem integra, & cum deficiat omnino eius voluntas, & intentio, iustum est, vt cum tanto damno, & perniciæ publicæ utilitatis non exequantur, cum vt nullæ, ipso iure executionem non remonstrant ex superius deductis, ac propterea dum instruitur, & de veritate, ac inconuenientis informatur Sanctissimus, detinentur in Senatu dictæ litteræ, non insuper temerè cum scandalo, & de facto eas exequatur Index.

Quod si tam iustus prætextus attentè fuisset ꝑ à ministris Curie Romanæ recognitus, non est credendum, tam ægrè laturos hunc salubrem recursum; putant enim in Senatu hoc Regio tractari de viribus litterarum ad effectum determinandi in negotio principali, (absit) cum solum deducatur, & tractetur in Senatu de causa scandalosa Reipublicæ, & de violentia, vt interim deentis litteris per supplicationem instruat, & informetur Sanctissimus, quod & ipse permittit in similibus causis iuxta iura in hoc capite citata, & in sequentibus citanda, quod eius ministri litteras huiusmodi expediennes ægrè ferunt (iuxta l. 25. tit. 3. lib. 1. Recopilation. in illis verbis: Porque qualquiera cosa que se proueyere por su Sanidad, y sus ministros, en derogacion de las cosas susodichas.)

Sed hic est defectus humanæ naturæ nostræ, tollentis ꝑ audire id, quod contra semel apprehensum, & resolutum est, tendit, vt dicit Sanctus Sixtus III. in epistola de malis Doctoribus. Habet enim hoc conditio humane nature, vt aliud nolit audire, quam animo decreuerit exercere.

Difficilis ꝑ res est, fateor, & acerbum suadere Principi, id quod vtilius est, & magis condacens Reipublicæ, vt rectè considerauit Cor-

nelius Tacitus lib. 17. dicens: Suaderi Principi, quod oporteat, multi laboris assensio erga Principem quemcumque sine affectu peragitur. Salustius ad C. Casarem, de Reipublica ordinanda. Scio ega difficile atque asperum salu sit, Consilium dare Regi, & Imperatori; rationem deducimus, ex Solon apud Diogenem Laertium, Principi non dulciora, sed optima sunt consulenda.

Sed hanc humanam conditionem naturæ nostræ facile domant ꝑ Christiani Principes; & præcipuè Sanctitas & Christiana charitas S. Apostolicæ permittentis consili damna, & scandala, quæ ex suis iustibus importunè, & subrepticè extortis occurrunt timentur in Reipublica, & patienter spectantur, atque ferentis eorum suspensionem ad effectum consulendi, pro vt ex adductis in toto hoc cap. & in §. sequenti, clarè demonstratur, atque apertissimè Pontificum intentio detegitur.

S. VNICEVS.

Secunda Iussio post priorem in Senatu retentam ab eadem Sede Apostolica emanata, quando, & qualiter operetur.

SVMMARIVM.

Disputatio sacrilega de potestate Vicarij Christiana in imagine abest, num. 1.

Papa potest nullis legibus, aut regulis coarctari, num. 2.

Papa facit vnum Consistorium cum Deo, n. 3.

In retentione Bullarum non discrepatur potestas, sed voluntas Papa, qua certe est nolle aliquid disponere in perniciem Reipublicæ spiritalis, aut temporalis, num. 4.

Iussio secunda adueniente à Papa per iudicatos tramites obtenta, informat de inconuenientis obtemperanda erit, num. 5.

In adimplemento secunda iussionis post litterarum retentionem factam à Senatu variant Doctores, num. 6.

Couartupias insinuat nunquam admittendæ litteras in derogationem iuris patronatus, num. 7.

Bulla Adriani refertur, qua immunes sunt Reges Hispania à censuris quibuslibet non parentes litteris in derogationem iuris Regij patronatus, num. 8.

Retentionis Bullarum recursum originatur à iure naturali, num. 9.

Pontifex semel etiam informatus de inconuenientis litterarum retentiarum similes duplicans adhuc retinendas, cum non à mente eius, sed ab officium negotiatione procedere presumi firmat Minchæca, num. 10.

Litterarum damnum publici regiminis super materia, qua Princeps nequit disponere, etiam secundo, & tertio missis non exequenda firmat Anguianus, num. 11.

Retentionis recursum postulare non debet Fiscalis animo impediendi executionem litterarum, sed supplicandi Sanctissimum, vt instruat, vt instruat quod magis Reipublicæ Ecclesiastica conueniat, num. 12.

Pontifici iterum, atque iterum mandanti, quod repugnat Reipublicæ, iterum replicari, cum non fiat ad contentionem obdurescere, sed veritate studio

diuinus indagare affirmat Zaballus, num. 13.

Abrabam, Iob, & Moyses Deo replicare, & argumentari in pluribus Sacra Scriptura locis legitur, num. 14.

Si Papa informatus secundam mittat iussione, posse secundo supplicari, & interim suspendi executionem, donec tertiis accedat iussio, firmat Pater Henriquez, num. 15.

Si in secundi iussione nouum aliquod grauamen addatur ex falsa informatione, admitti posse in re graui tertiam supplicationem, asserit Pater Henriquez, num. 16.

Author non admittit absolute obseruationes Doctorum circa secundam, aut tertiam iussione, sed cum federe distinctionis, num. 17.

Supplicatione à literis interposita legitime, & cum parisi citatione prosecuta secunda iussio à Papa obtenta, regulariter obtemperabitur in Senatu, num. 18.

Iura permittentia supersederi in litterarum executione ad effectum rescribendi, & expectandi secundam iussione, nullam faciunt mentionem de tertia, num. 19.

Bullarum executio suspenditur quando ex iusta presumitur extorta voluntas Principis, quod durat donec de libera voluntate appareat, n. 20.

Quando clare constat de Principis iam instruiti, & informati intentione, velle etiam iniustum mandatum exequi, obtemperandum erit, num. 21.

Prima litteræ habentes clausulas, ex quibus apparet libera voluntas Principis exequenda sunt, quia habent vim secunda iussionis, num. 22. & declaratur, num. 24. & sequentibus.

Impetrans (cuius litteræ fuerint in Senatu retentæ) si secundam iussione obtineat non citato supplicante, adhuc in Senatu detinendam, num. 23.

Verba Bullæ Cans (legitimè prosequantur) ponderantur, num. 24.

Legitimum dicitur, quod à lege approbatur, & secundum eam fit, ibidem.

Informatio Senatus, qui bullas retinuit, necessaria est in supplicationis prosecutione, n. 25.

Papa non legitime instruit de inconuenientis, ex quibus suis litteræ sunt retentæ, secunda iussio in idem incidit inconueniens, & defectum, n. 26.

Nihil vultum, quin præcognitum, num. 27.

Professionem nullam non ratificat exercens alius professi, dum est ignarus causa nullitatis sue professionis, num. 28.

Ordines metu assumptos ratificat non ordinatus per eorum exercitium dum adhuc latebat, num. 29.

Quia primus consensus qui nullus fuit videtur perdurare, nec dum est ignorans denuo consentis, sed in virtute prioris consensus nullum agit, num. 30.

Papa dum non est instruitus, & certus de inconuenientis primarum litterarum (quas Senatus retinuit) secundam concedens iussione denuo non consentit, sed virtute prioris consensus agit, idem continetis inconueniens, num. 31.

Ad secundam iussione obtinendam debet consueta iuris forma seruari, num. 32.

Supplicari posse Sanctissimum semel, & iterum quando litteræ continent damnum Reipublicæ spiritalis, & temporalis, & scandalum timeatur, num. 33.

Litteræ Principis si contineant damnum intollerabile, & irreparabile, tutius est secundo replicare, & expectare tertiam iussione, num. 34.

Clausula (non obstantibus, &c.) in rescripto ap-

posita habet vim secunda iussionis, num. 35.

In rescripto Principis habente clausulam (non obstante scandalo) nihilominus superstandum ad effectum rescribendi Principi, num. 36. & sequent.

Rescriptum continens scandalum contra Rempublicam, non exequendum, aduo vt nec secunda iussione obtemperetur, num. 37.

Secundam iussione in derogationem iuris patronatus Regis, aut laicorum retinet Senatus, n. 38.

Pontifex non vult ita durius agere contra Regem per tres iussiones, cum eius non sit intentio Regis, aut Regni iuribus, & consuetudinibus derogare, num. 39.

Papa non impedit Regem hac Regalia orti, sed in genere hortatur & terret, ne ministri per abusum excedant, num. 40.

Ex derogatione iuris Regij patronatus maximum potest timeri scandalum vitandum omnino, num. 41.

Consuetudo vetustis, ex qua Princeps confert beneficicia, tolli non debet, quando timetur scandalum, num. 42.

Censura non publicanda in Regem, quoties timetur scandalum, refertur casu Zabarelle, n. 43.

Supplicari iterum Sanctissimum posse à secunda, & tertio iussione in derogationem iuris strangerij ob vniuersale scandalum, num. 44.

Pontifex semel informatus à Senatu de inconuenientis Reipublicæ suarum litterarum non solet ita durius agere, vt aliam mittat iussione, num. 45.

Pontifex, vt pastor vigilans semper suos subditos inuitat ad pacem, non vultque aliquem vim pati, num. 46.

Pontifex semel informatus de damno Reipublicæ non dubitat remedium adhibere, nec aliud videntur de suo paternali amore, ad quem nos inuitat pro reparatione damni ex suis litteris, & decretis orti, num. 47.

Mirabilis text. in cap. nos si incompetentes 2. q. 7. & alia singularia iura ponderantur in preposito, num. 48.

Litteras Principis ex iusta causa suspensas certissime de ea, & de damno, exequenda insuper non mandat Princeps, num. 49.

Princeps facile corrigi, quæ iniuste mandauit damno cognito, num. 50.

Sapiens timer, & declinat, ibidem.

Sapiens audiens sapienior erit, ibidem.

Plura iura excoferuntur, in quibus Princeps pollicetur corrigere, quæ ipse malè informatus decreuit, adhibitis perfectioribus consiliis, ibidem, & num. sequentibus.

Diuersa iubere non procedi ex leuitate Principis, sed ex vtilitate Reipublicæ, num. 51.

Dei incommutabilem naturam pro misericordia mutasse, & temperasse suam sententiam sæpè in sacris litteris legitur, num. 52.

Senatus Regis semper est vigilantissimus in Reipublicæ salute, & humiliter reuerentia non de facili causam retentionis examinat, num. 53.

Supplicatio est actus humilitatis, ibid.

Verè obtemperat, qui litterarum Apostolicarum executionem instè suspendit, ibidem.

Pontifex ob grauitatem tanti Senatus sibi notam, illius supplicationi, & informationi acquiescit, num. 54.

Cap. veniam 35. q. 9. Mirabiliter ponderatum in preposito, num. 55.